

dirutus sit? Cur times peccatum, cum in morto  
Christi absorptum, & pro eo satisfactum sit?

Ezech. 18.

Si impius egerit pænitentiam ab omnibus  
peccatis suis, vita viuet, & non morietur.

Rom. 5.

Commendat autem suum amorem erga  
nos Deus, quod cum adhuc essemus peccato-  
res, Christus pro nobis mortuus est. Multo  
igitur magis seruabuntur per eum ab ira, cum  
simus nunc iustificati per Sanguinem eius.

Deus est pater noster, quia habemus verbum  
eius, & filium eius Christum, & facti sumus ele-  
cti eius Fili per Christum, per quem hereditatem  
accepimus, ut Christus ad Magdalenam inquit,  
Ioan. 20. Vade ad fratres meos, & dic eis:  
Ascendo ad Patrem meum & Patrem ves-  
trum, & Deum meum, & Deum vestrum.

Rom. 14.

Sive viuimus, sive morimur, Domini  
sumus.

Ioan. 1.

Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

1. Pet. 1.

Non sumus rebus caducis, ut pote ar-  
gento